

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clariss. uiro, egregia eruditione & pietate praestanti, D. Ioanni  
Spangenbergio, pastori ecclesiae Northulanae, domino ac amico suo  
uenerando, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

ditoria. Tuus aduersarius rixabitur de puerilibus illis spectaculis conseruandis, aut ulciscetur suos affectus. In concionibus, rem facit indignam isto loco. Non diu habebit populi studia. Ac si qui ei applaudunt, uidentur abuti eius impudētia. Incitant enim, non quia eius causam probent: sed quia iuuat eos, quod Euangelium malē audiat propter hanc dissensionē. Christus te gubernet, ut fortiter feras has offensiones. Bene uale, 1533.

Clariss. uiro, egregia eruditione & pietate præstanti, D. Ioanni Spangenbergio, pastori Ecclesiæ Northulanæ, domino ac amico suo uenerando, S. D.

Mitto tibi epistolam illustrissimi Ducis Prusiæ, in qua te ad gubernationem scholæ recens constituere inuiat. Arbitror enim doctoris medici prædicatione te ei commendatum esse. Et profe Ad tua uirtus digna est fauore bonorum principum. Etsi arbitror te istic ab Ecclesia retineri, quæ antea etiã migrationem breuiorem deprecata est: tamen literas misi, ut deliberes, quid ex re tua esse deas: ac mihi per fortuitum tabellarium quam primum poteris, respondeas. Princeps uult me hortatorem esse suscipiendi huius muneris, et optarim ei scholæ bene consultum. Sed tua ætas et familia quid ferre que-

at, confidero. Tibi igitur deliberationem integram  
relinquo: teq; oro ut rescribas Principi, ac mihi li-  
teras mittas, simulq; tuam sententiam significes. Sa-  
lutem opto collegæ tuo Antonio, cuius silentium  
perpetuum miror. Bene ualete, & Nouembris. 1544.

Reuerendis uiris, eruditione & uirtute  
præstantibus, Ioâni Spangebergio & col-  
legis ministerij Euangelici in Isle-  
ben, amicis suis charissimis,

S. D.

*Non p. 157.*  
*Ess. rna 5.*  
*pl. 157.*

Reuerendi uiri, & amici charissimi. Optarim  
ad nos missum esse aliquem ex collegio uestro, qui  
coràm exponere totam seriem actionū illarum po-  
tuissim, de quib. scribitis: sed ipsa aulæ nobis testis  
esse potest, nobis non probantibus inferum esse ar-  
ticulum de oleo & unktionibus. Et scimus conse-  
crationes olcorum, quæ extant in libris Episcopo-  
rum, impias, & magicis similes esse. Id semper in de-  
liberationibus à nobis dictum est, & constanter di-  
ctum est. Illi autem qui articulum de oleo inserue-  
runt, corrigi hæc dicebant: quia addiderunt, Re-  
motis omnibus superstitionibus. Et in fine diser-  
tè dicitur, Reliquos esse aliquos articulos nõ conci-  
liatos, de quibus cum Episcopis deliberandum sit,  
si has Ecclesias uelint regere. In his nondum conci-  
liatis articulis numerari necesse est & illas conse-

o 4 cratio-